

# Valentina.

17

Em. & Reu. Dñi. Venerabilis Societas IESV inter  
principia illius Institutii munera  
a sancta sede Apostolica habet inunctionam Sacramentorum Christi  
delibus administratione, & Verbi Dei prædicationem, Vnde Paulus III.  
in Bulla, que incipit, *Quoniam inter omnes*, Dat. anno 1545. concedit fa-  
cultatem quibuscumque à Propositore Societatis pro tempore existente  
deputatim quibusvis Ecclesijs, & locis, ut plateis communibus, seu  
publicis, & aliis ubiq. locorum, Clerico, & Populo verbum Dei prædi-  
candi, propoundendi, & interpretandi, ac eos viam veritatis edocendi,  
& ad bene, besteq. viendum, ita ut in illis verbo pariter, & exemplo  
edificantur, ip. Dominio adhortandi, & admonendi, ac pariter ante vel  
post celebrationem Missæ, alio. alias Christi delibus Eucharistie, & alia  
Ecclesiastica Sacraenta sine licetu pro iudicio ministrandi Diocesi-  
fatorum locorum, Rectorum Parochiarum, & aliarum Ecclesiarum,  
aut quorumvis aliorum licentia desuper minime requista cum decre-  
to, quod nemo ex illis super premissis, & eorum singulis per quoscun-  
que quomodo libet molestetur, impeditatur, aut inquietetur, & alijs  
clausulis amplissimis, vt ex eius Constitutionis tenore, qua datur, &  
idem Pontifex in alia Constitutione, qua incipit, *Licet debitum*, de  
anno 1549 concessit ut omnes, & singuli Christi fideles cuiuscunque  
conditionis existant, qui verbi Dei concionibus, seu prædicationibus  
sociorum, seu fratrum Societatis huiusmodi in Ecclesijs vbi conciona-  
buntur, interfuerint die, as huiusmodi Missas, & alia diuina officia  
audire, & Ecclesiastica Sacraenta ibidem recipere libere, & licite  
valeant; nec ad id ad proprias Parochiales Ecclesias accedere tenan-  
tur. Vnde Iulius III. in confirmatione Institutii Societatis anno 1550.  
ponit Societatem ad hoc possimum am fuisse institutam, vt ad fidei de-  
fensionem, & propagationem, & profectum animarum in vita, & do-  
ctrina Christiana per publicas prædicationes, lectiones, & aliud quod-  
cumque verbi Dei ministerium, ac spiritualia exercitu puerorunt, &  
rudium in Christianismo institutionem Christifidelium in confessioni-  
bus audiendis, ac ceteris Sacramentis administrandis spiritualem solu-  
tionem precipue intendunt, &c. de qua prædicatione, & Sacra-  
mentorum administratione disponunt Constitutiones Societatis, par. 7.  
cap. 4. S. 4. & 5. & alibi.

Nec etiam hoc est tam proprium Societatis, vt non erit extensis Mendic-  
antium Ordinibus conueniat, quia imo idē fere statutur in Clemen-  
tina *Dudum, de sepulturis*, ad fauorem omnium Mendicantium ibi,

A

Quod

Quod si Prælati Fratribus Mendicantibus ad Confessiones audiendas exhibere licentiam recusauerint, tunc Summus Pontifex de plenitude potestatis eis licentiam gratiosè concedit, & impartiatur.

Illustrissimus D. Archiepiscopus Valentinus aduersarius ipso Societatis I.E.S.V. Instituto non obstante, & contra Iuris communis dispositionem à sex annis Patribus Societatis Confessiones audiendi, & verbum Dei prædicandi facultatem denegavit, licet ipsi parati sint, & fuerint ad formam dictæ Clementinæ, & Sacri Concilij Tridentini examinati, & alijs necessarijs se ipsos subiçere.

Ad remouendam hanc Archiepiscopi tam firmam determinationem multa adhibita sunt media. Primo quidem ex parte Patrum satisfaciendo sincere eis, quæ à vulgaribus, & male affectis Archiepiscopo dicebantur, & ab illo alta mente tenebantur, & nihilominus se ipsos illi in omnibus omni modo humiliando; & deinde ex parte etiam grauissimorum virorum, sed nunquam ab hac inflexibilitate dimoueri potuit, nisi quo d vni, vel alteri ad Proregum, & aliarum personarum similium instantiam, quibus negare non poterat, confessiones audiendi, & concionandi licentiam concessit.

Ea propter fuerunt coacti Patres hanc Sacram adire Congregationem instantes, ut ipsa pro bono animarum, & pro exercitio proprij instituti Societatis ad Nuncium Sedis Apostolicæ in partibus Hispaniarū scriberet pro informatione, vt, Proponente Eminentissimo D. Cardinali Triuultio, & citato Doctore Iosepho Barbero Archiepiscopi Agente ipsoq. auditio, fuit factū ex decreto mensis Aprilis anni præteriti 1645.

Hodie Illustrissimus D. Aduersarius ad colorandam hanc non admissionem longam adducit scripturam ex cuius serie non solum appetit insufficientia causarum, sed illius conuincitur amaritudo animi, dum Religiosos alioquin doctos, & prudentes non solum mali animi, & ignorantiae nota indigit, sed ipsos hæresi, & Maumethanæ impietas vitio laborantes sine vlo fundamento coram hac Sacra Congregatione, ac alijs iniurijs grauat, quæ omissis veri facti historijs ex fabellis quibusdam, & vulgarium hominum dictis canonizat: Vnde nec est opus pro eorum confutatione Eminentissimos grauare, sed satis erit ad particulares causas, quæ octo sunt, ab Archiepiscopo obiectas brevibus, & cursim, quia leuissimæ sunt respondere; ceterum ne in actis huius Sacra Congregationis exaggerationes, & fabulae contra Societatem sine responsione remanerent, datur responsio sufficiens, & exponitur verus casus, & rei gestæ historia in manibus Eminentissimi D. Ponentis, & Illustrissimi D. Secretarij.

Primo, igitur Archiepiscopus pro causa non admissionis adducit Patres Societatis de anno 1612, Hieronymum Simonem Presbyterum Valentini-

Ientinum cum summa sanctitatis defunctū in publicis conationibus latasse , illius miracula recitasse , & cultum illi contra sacros Canones exhibendum dicitasse .

Secundò , Canonicum Segobrice isem gestibus solum , & non verbis Sacramentalē confessionem exercere posse dicentem , consouisse , & proinde ipsos Societatis Religiosos in sententiam illorum Hæreticorum , qui negant Confessionem hominibus faciendam , & soli Deo cōfiteri posse autumant , incidisse .

Tertiò , Mulierem coniugatā sine licentia ipsius Archiepiscopi in Monasterio Carmelitarum Discalceatarum habitum Regularē assumere , & ad Novitiatū admitti Viro adhuc in seculo degente consuluisse .

Quartò , schedulas cum insignib⁹ Archiepiscopi ex ipsius præcepto à confessarijmer poenitentibus tempore Paschali in loco confessionis consignandas , ab ipsis ianitoribus , & culinarijs aliquibus consignatas fuisse .

Quintò , modum restituendi commune Vestigal ab Ecclesiasticis solutū in emptione carnium ab Archiepiscopo tractatum Religiosorum Societatis suauū à Magistratu fuisse reuocatum , & aliud modum pro ipsa restitutione secundum instructionem eorundem Religiosorum contra mentem Archiepiscopi introductum , & seruatur .

Sexto , Mulieri , quæ sepulturam in eorum Ecclesia elegerat , ne Missas duas pro anima sua legato mandaret , interdixisse , ipsamque mulierem sine cruce , & sine luce ad Ecclesiam propriam deferri curasse .

Septimò , Religiosum in Collegio Gandensi publicum percussorem Clerici ab excommunicatione absoluisse , ipsum tanquam non excommunicatum se gerere posse dixisse , & Curatos Archiepiscopatus Valentini ignorantes vocasse .

Octauò , Hominis facinorosi ex Ecclesia Collegiata Gandensi artificiam Magistratum extractionem à quodam Religioso Societatis IESV fuisse laudatam tanquam licitam , licet aperte fuerit contra immunitatem Ecclesiae .

Ad primum respondetur . Primo , hunc casum non dedisse causam non admissionis , cum hoc acciderit de anno 1612. non admissio autem cooperit circa annum 1640. vt ipse Archiepiscopus fatetur .

Secundò , quod alij Patres aliorum Ordinum Regularium , vt ipsem Archiepiscopum fatetur , hunc laudauerunt , & tamen nequaquam hac poena sunt multati .

Ad secundum aliud est dicere , quod confessio fieri possit per nutus si-  
ne verbis ; vt muti faciunt , quod per semidementiam ille Canonicus dicebat , aliud , quod confessio Sacramentalis non sit necessaria , vti Archiepiscopus exagerat , ille Canonicus nunquam negauit confessionē ,

Si canonibus acutius taci dederat, ut confessionem ipsam, gestu, non  
in quoque profecto posse putaretur, immo, etiam si sit in eum nulli, esse  
Secundo, nec id quod Canonicus dicebat, laudat, Patres Societatis  
secundum alioslibet. Nonnihil est in hoc quod Patres, illi, corri-  
xerunt, & ad rem opinionem restringendam verbis, & scriptis indu-  
xerunt, ut ex fide Doctoris Hieronymi, id est Canonici Valentini ad  
hunc vocantibz Archonitio Domus Professorum, probetur, ex  
quo apparet, quod Archiepiscopus non licetate fuit dictus, sed ex  
sua opinione, vel fallida suggestione, Patres damnavit & statim ad T  
imponens uniuscuius debet de his probatur, de his summo C  
tertio, nescio quod dedit causam hoc admissioni, quia sicut de ab-  
eo, non dubito, ut annis anterioribus admissione, Vnde apparet causa  
casu Archiepiscopo adducta non vera esset, sed exinde patet alio  
Quarto, quod enim tantum dubitatione in causa prophata suscep-  
tionis Patres, Archiepiscopus tam prouidus non defuisse reme dic  
opportunitateq[ue]d in Caso, quod Patres ad officium San-  
ctissimi martyris quodcumq[ue] cum non fas. At imo ne curva eos ab au-  
diendis enarrationibz impedita parvula quod non faciat, repartari  
non possit, quodcumq[ue] Archiepiscopus figura, & sane conuincitur  
D. Archiepiscopus inde invenimus amaritudine, dux ex tam strati-  
pali Patres Societatis (quod a sororu S. Mariae Pontificibus ut propterea  
estes fiducia in suorum fratribz) tam crudeliter censura, & hereticali labe no-  
tare non dubitare, proprieta mire, merito aliquam ipsi satisfactionem  
super hoc per hanc Sacre Congregationis autoritatem deponere  
possent, non incepit rursum, in modo quod propositum anno 1631  
Ad tertium respondet, primo ut ad praecedentes, que dicitur, fuit non  
dedit causam non admissioni, cum acciderit de anno 1638, immo  
Secundo, in calce ad quicunque, quia in litteris Canonibus tertio titulo  
de Coniugio non conuersione interdictum professio Regularis sine  
consensu libenter coniugis, & abique eos quod eorum alter professe-  
tur si ad sit dubitatio incontinentia. In casu autem nostro Archiepi-  
scopus supponit habessarium esse ipsius consensum ad suscipiendum A-  
bbatum, & hoc in Conventu exemplo, quod nec probatur, nec pro-  
bari potest. Quia sequera talis consensus non videtur necessarius fal-  
tem in Monasterio exempto, in quo ipse Iurisdictionem non habet.  
Nec obstat, quod vir Monasterium non fuerat ingressus, quia non est ne-  
cessaria contemporanea habitus assumptio, sed Professio. Unde bene  
potest unus habitus assumere, & postea expectare tempus Professio, &  
enim alterius admittendam Professionem, ut in praesenti casu fuerat  
inter Confortes concordatum. Præterea non est semper necesse  
quod utrumque profestetur, quia si non actis periculum inoptineatur.

ut propter letatim bens potest in seculo remanere; cap. sive *propositus*. Et cap. significans de conuersione Coniugatorum; ut in casu nostro cum agatur de quinquagenario, & ultra. Imo in viro susceptio ordinis sacri equiuale professioni; cap. *Coniugium*, cod. tit.: sicuti est ad Episcopatum promoventi; cap. *sane*, cod. tit.: rite mundi. Nec obstat cap. *si vir & uxor*, et *question. 2.* ubi cauetur, ne vir & uxor sine conscientia Episcopi a matrimonio ad religionem diuerteret, ubi gloss. ponit separationem matrimonij sine auctoritate Episcopi non posse fieri, quia respondeatur, quod hoc verum est, quando matrimonium presumitur inualidum, ut ad alij id contrahendum transiri potuit, quia hoc nequit fieri sine iudicio Ordinarij, ut statuitur in *cap. mulorum*, 39. q. 6. a *gloss. allegat.* sed de separatione a vero, & valido matrimonio ab ingressum Religionis est aliud ius in citato titulo de conuersione Coniugatorum, in quo nuncquam de licentia ab Episcopo obtinenda equetur.

Vnde gloss ipsa, & DD. in citato *cap. si vir & uxor*, dupliciter interpretant illam Episcopi conscientiam. Primo quidem quod possit peti, sed ea etiam non obtenta ad Monasterium conuolari, argumento *cap. Due*, 19. q. 2. vbi quod Clericus etiam contradicente Episcopo ad Religionem conuolare potest, ex instinctu Spiritus sancti. Vnde etenim gloss. quod si fiat a Coniuge transitus ad Religionem sine licentia Episcopi, bene tenet, nec ab Episcopo reuocari potest, quod constanti confuetudine probat.

Secundum interpretatur illa conscientia Episcopi, quo coniugati non solum ad Religionem transire vellent, sed etiam Ecclesiam, & Monasterium edificare, in quo se conuertant, quia illud nequit edificari sine licentia Episcopi, cap. *Nemo Ecclesiam de consecrat. dist. 1.*

Tertio respondeatur, quod, quicquid ait de hoc Patres non sunt putandi, quia nec cum Vxore, nec cum Monialibus, nec cum Religiones, ut sine Archiepiscopi licentia fieret, egerunt, sed totum hoc factum fuit a Patre naturali Nouitiae, qui vocabatur Blanes, non autem ut ab Archiepiscopo supponitur a Procuratore Societatis, qui vocabatur Pater Planes, similitudinem enim nominis dedit ansam calumniandi.

Quarto, vir erat quinquagenarius, & valde deuotus, & nulla aderat dubitatio incontinentiae, & intendebat profiteri in Societate, & iam scriptum fuerat Patri Generali pro licentia, & interim mulier ex fervore devotionis habitum assumperat Religionis de licentia Patri Generalis Carmelitanorum, qui eam dare poterat, & in probatione remansisset, vique quo vir Societatem ingressus fuisset, ut una die ipsa, & vir Professionem emitterent.

Quinto, quod contra procedimenta Archiepiscopi ab aliquibus scriptum fuerit,

**S**icutem, sibi imputet, qui Ministros, & Birruarios in Monasterium Monialium pro extrahenda Nouitia infirma, cum tanta Monialium iniuria, & populis scandalo transmisit, cum ipse iurisdictionem non haberet, nec factum legitimum revocare posset ex prædictis.

Ad quartum dabitur fides authentica cum instrumento, quod omnes Confessarij Societatis tempore Paschatis accedebant ad Confessionalia cum schedulis, de quibus agitur calamo, & atramento, & eas pœnitentibus ibi per se ipsos dabant, & nomina propria, & absoluti describebant, si autem aliquando aliquis Patrum in aliquo casu prætermisisset, non est materia adeo gratis, ut propter hoc tota Societas non admittatur ad sua ministeria exercenda, nec tamē est verisimile, quod ministri Coquianas schedulas consignarent, ut exaduerso figuratur.

Ad quintum, hæc fuit petra scandali, & causa proxima qua indignatus Archiepiscopus confessiones audiendi, & verbum Dei prædicandi cœpit denegare facultatem. Factum sic se habet, Vetus impositum est in carniva emptione, omnes etiam Ecclesiastici soluunt, sed postea erit in anno à Magistratu id quod soluerunt Ecclesiastici illis restitutur, in qua restitutione duo maximè prejudiciale accidebāt, quia Primo, multi exempti plus petebant restituū quā verè expendiſſent. Secundo, quia Canonicus, qui huic calculo aliisquebat, præfisionē habebat quatuor milliū, aut etiam quinque scutorum; ad tollendum hæc præiudicia fuit à Magistratu confutus Epilcopus pro remedio, quod cum per duos annos non dedisset, Magistratus facit consultam doctissimum Virorum ex omni fere Ordine, inter quos duo fuerunt è Societate Iclu, & fuit conclusum modum illum posse mutari, & taxam fieri posse particularem cum particularibus exemptis, sic enim cessabat prouisio Canonicī, & nemo plus iusto restituī sibi extorquebat. Huius consultationis forma, & rationes de ordine Magistratus ab uno Societatis fuerant descriptæ, & à multis diuersorum Ordinum, ac Universitatum subscriptæ; negotium fuit contra sensum Epilcoli, & amaro animo doluit totamq. iram non contra Magistratum, aut alios, qui consultationem interuenerunt, & subscripterunt, sed contra soles Patres Societatis effudit. Videant Erainentissimi, An ex quo duo Patres inter tot alios de ordine Magistratus interfuerunt illi consultationi, & ex quo unus de ordine eiusdem Magistratus scripsit consultationem, ac aliqui subscripterunt, sit causa iuſſicens denegandi confessiones, & prædicationes toti Societati? & maximè in re, quæ nihil nocet Archiepiscopo, niſi quod ipse Canonicum ad suilibitum pro obtainenda illa prouisione deputabat, sed si hoc erat contra bonum publicum, & de ordine Magistratus fuit factum, quomodo in hoc Patres omnes Societatis puniri debent.

Ad

Ad extumuris erat inter Patres ; & Clericos Parochialis Ecclesia Sancti  
Nicoldi Cimbrarii Valentia super eo, quod ipsi pretendebat, in multis Pa-  
tribus, in eorum Ecclesia presente Corpore Missas celebrare , & per-  
petuum tentabant hanc eorum pretensionem sustentare ; ad effugientiam  
vigentiam , & scandalum, cum haec paupercula mulier famula valens  
nobilis propè Domum Professam mandasset in eius die depositionis  
presente Corpore duascantari Missas, Patres dixerunt nolle dare ~~etiam~~  
iam litibus, & ideo vel eligeret sepulturam in alia Ecclesia , vel con-  
tentata esset sepelliri de sero, quod ultimum ipsa libentissime fecit : ex  
quo apparer quam iniuste ceniura Maumethanorū Patribus irrogetur.  
Quod verò sine Cruce , & lumine fuerit sepulturæ delata, in causa fuit  
quod Clerici illius Ecclesiae illam tumulare etiam factis diligentis cum  
Vicario generali noluerunt, cum resciuisserint illius mutationem voluntatis ; Vnde nobilis ille , & vicini cum foetorem non possent sustine-  
re diutius, illam ad Ecclesiam miserunt, quam Patres de more Chri-  
stiano sepelierunt ex charitate , nec hoc nouum est in illa Cittate , cū  
ipse Archiepiscopus famulos suos in suo Palatio morientes in vehiculo  
sine Cruce, sine luce imponat, & ad Patres Dominicanos, qui per mil-  
le passus, & ultra distant sepelliendos transmittar.

Et hic apparer ipsius Archiepiscopi amaritudo, qui hoc imponit Patribus  
innocentibus, & eos punit, & ab eis satisfactionem expedit, quibus merito  
Archiepiscopus ipse satisfacere deberet ; die enim sequenti in fe-  
sto Pentecostes solemnitate Titulari , cum frequentissimus esset popu-  
lus Archiepiscopus misit Satellites, & exhumato Corpore ad Domum  
eiusdem Nobilis illud deferri iussit, quod postea Clerici ad eamdem  
detulerunt Ecclesiam , & licet contra Bullas Apostolicas perturbauer-  
int, & molestauerint Patres, ut iure merito contra illius ministros,  
vti excommunicatos Conservator Patrum procedere potuisset nihil  
ominus ne prouocaret Archiepiscopum abstinuit.

Ad septimum facta per P. Provincialem exacta diligentia super veritatem  
illius facti . An scilicet aliquis Religioso asseruerisset, nō debuisse illum  
facionorum pro excommunicato se gerere, nihil sincere etiam delato  
iuramento reperijt; cur igitur D. Archiepiscopus vult magis credere  
facionoso, sine iuramento ad se exonerandum id afferenti, quam  
Religioso cum iuramento id ipsum roganti? & non solum credere,  
sed ipsum cum tota Societate punire.

Ad ultimum respondetur, ut ad praecedentes non potuisse verificari pra-  
tentiam approbationem extractionis; Vnde ex sola opinione Archiepiscopi ,  
vel maleuoli alicuius delatione non debet, nec potest Archiepiscopus procedere ad poenas, & non admissiones, cum immo in-  
similibus iuxta sacros Canones probations debeant esse luce me-  
ridia-

missione clarior est; hic autem non solum non adiungit probationes, sed  
etiam presumptio est in contrarium attento, quod Patres cum alijs Ordinariis totius Regni in maxima pace existunt, & estimantur, & ma-  
gistrati sunt. Et Pater Generalis, ac Provinciales semper iniungunt de-  
bet, omnibus Patribus neuerentiam, & clementiam, erga Archie-  
piscopos, &c.

Quare &c. Quare &c.

**DILECTIS ELLIS, MODERNO,**

*& pro tempore existenti Præposito, & socijs Socie-*  
*tatis IESV, maria Vras nostra canonice*

*instituta.*

**PAVLVS PAPAIUS.**

**P**rotempore existenti Præposito, & socijs Societatis IESV, maria Vras nostra canonice instituta. Et hoc anno 1587. Consilium Regulare, constitutum. Recollectum. Reformatum. Reconstitutum. Consultatum. Consenserunt curiosi. Multo tempore, et labore, et studio, et dilectione, et industria, et sollicitudine, et officio, per initium, et quodlibet, etis modis, ut suam amorem multo rimbilem, hoc opus, adiungere, et perficere, etiam. Et hoc anno 1587. Consilium Regulare, et Consultatione, Cameraterritorias, solicitudines nostras, quibus nos premit, pastorale officium, illa sit præcipua, ut gregi dominico, nobis a superna dispositione commisso, ammirari, cursus non deficit, ne illum, antiquis serpens humero, genere inimicus, indefensum, & imparatum, immundus, et tendens igitur ad frustas, vices, quos in domo Domini hactenus prodixisti, & producere non desistis, vestra religio, integritate, scientia, doctrina, moribus, & experientia, plurimum in Domino confidentes, vobis, quos alias, Societatem vestram de IESV approbando, confirmando, & benedicendo, ac perpetua fit miraris, munimine, roborando, sub nostra, & Apostolica Sedis protetione, suscepimus, & cœilibet vestrum, qui ad hoc idoneus repertus, & per vestre Societatis Præpositum, pro tempore existentem, deputatus fuerit, in quibusvis ecclesijs, & locis, ac plateis communibus, seu publicis, & alias ubique locorum Clercs, & populo verbum Dei predicandi, proponendi, & interpretandi, ac eos viam veritatis edocendi, & ad bene beatoque vivendum: ita, ut in vobis verbo pariter, & exemplo, adficiantur, in Domino horrandi, & admonendi, ne non illis ex vobis, qui presbyteri fuerint, quorum euinaque utriusque sexus Christifidelium, ad vos vndeunque accedentium confessiones audiendi, &, confessionibus diligenter auditis, ipsos, & eorum singulos, ab omnibus, & singulis eorum peccatis, et inimicibus, excessibus, & delictis, quantumcunque gravibus, & enotribus, etiam Sedi Apostolicae, testificari, & à quibusvis, exipsis casibus resultantibus sententijs, colliguntur, & poenit ecclesiasticis (exceptis contentis in Bulla, quæ in die concionis Domini solita est legi) absoluendi, ac eis pro commissis presentiantur, salutarem iniungendi, nec non vota, quecumque per eos, pro tempore missa (ultramarinis, visitationis, liminum beatorum Petri, & Pauli, Apostolorum de Urbe, ac Sancti Iacobi in Compostella, nescionis Religionis, & Castitatis votis duntaxat exceptis), in alia pietatis opera commutandi: Ac Missas ante diem, circa tamen diurnam lucem, & etiam infra horam post meridiem, quando, & quoties, stante legi-

legitimo nasciamento, moderno, & pro tempore existenti Praepotere  
vestro prefatio id necessarium, vel alias in Domino expedire vsum suc-  
rit, celebrandi. Et post, seu ante illarum celebrationem, aut alias  
Christifidelibus ipsi Eucharistia, & alia ecclesiastica Sacra menta, sine  
alicius pra iudicio ministrandi Diocesorum locorum, Reitorum  
Parochialium, & aliarum Ecclesiarum, aut quorumvis aliorum licen-  
tia, desuper minimè requisita, auctoritas canonicas diurnas, parite, &  
nocturnas, secundum vium Romane Ecclesie nouiter editum dicen-  
di, & recitandi, ita, quod ad alium vsum obseruandum, seu officium  
dicendum minimè teneamini, plenam, & liberam facultatem auto-  
ritatis Apostolica per praesentes ad nostrum, & Sedis Apostolicae be-  
neplacitum concedimus. Quocirca vniuersis, & singulis locorum Or-  
dinarijs, eorumque Vicariis, & alijs Superioribus mandamus, quae-  
cunq[ue] ipsi, vel dno, aut unus eorum, si, & postquam praesentes literæ eis  
intimatae fuerint, ac quoties, pro parte alicuius ex vobis, quilibet eo-  
rum fuerit requisitus, in præmissis efficaciter defensionis præsidio affi-  
stentes faciant, eisdem praesentes, ac in eis contenta quæcunque firmi-  
ter observare, nec permittant quilibet ex vobis, super præmissis, &  
eorum singulis per quocunque desuper, quomodolibet molestari,  
impedit, aut inquietari, conradictores quoslibet, & rebelles, per ce-  
stas ecclesiasticas, & alia iuris remedia (appellatione postposita) com-  
pescendo. NON obstantibus quibusvis constitutionibus, & ordina-  
tionibus, ac prohibitionibus, & literis Apostolicis, etiam per Sextum  
Quartum in capitulo. Et si dominici, & alios Romanos Pontifices,  
prædecessores nostros, ac nos, & Sedem prædictam, etiam consistoria-  
liter edicis, & factis, quibus omnibus illorum tenores, ac si de verbo  
ad verbum insererentur praesentibus, pro expressis habentes, ad huius-  
modi effectum, pro hac vice duntaxat specialiter, & expresse deroga-  
mus, & derogatum esse decernimus; ceterisque contrariis quibuscum-  
que. Volentes etiam, & eadem auctoritate Apostolica decernentes,  
quod praesentium transumptis, manu alicuius Notarij publici subscri-  
pis, & alicuius Prælati, aut personæ in dignitate ecclesiastica consti-  
tute, sigillo munitis eadem fides vbiique locorum in iudicio, & extra  
illud, prout adhibeat, quæ eisdem praesentibus adhiberetur, si es-  
sen exhibita, vel ostense. Sic igitur, filij, his vobis concessis faculta-  
tibus, ad omnipotentis Dei honorem, & animarum salutem efficaciter,  
nique diligenter uti studeatis; quod, per solicitudinis vestre solertiam,  
catholicæ pietatis fructus proueniant; vosque exinde apud Deum, &  
homines non immetit comedemini. Dat. Roma apud Sanctum Pe-  
trum, sub annulo Piscatoris, die tertia Iunij M. D. XLV. Pontificatus  
nostri Anno Undecimo.

Bla. el. Fulgin.

• 3468

CONFIDENTIAL

CONFIDENTIAL

CONFIDENTIAL

3468

CONFIDENTIAL

CONFIDENTIAL

3468

CONFIDENTIAL

CONFIDENTIAL

CONFIDENTIAL

SACRA  
CONGREGATIONE

Regularium  
VALENTINA.

Pro  
Patribus Societ. IESV.  
Prouinciæ Aragoniæ.

Contra  
Ill. <sup>mm</sup> D. Archiepisc.  
Valentinum.

Informatio.

---

R O M A E,  
Typis Reu. Cam. Apost.  
*Super. permisso.*